



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Senonensi Archiepiscopo, & suffraganeis ejus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

SENONENSI ARCHIEPISCOPO,
Et suffraganeus ejus.

CVM quieti Virziliacensis monasterij, Epist. 127.
Super codem. quod sedem apostolicam nullo respi-
cet mediante, paterna volentes sollicitu-
dine providere, inter cetera quæ nos, pre-
decessorum nostrorum sequentes vestigia,
eidem monasterio duximus indulgenda,
auctoritate apostolica interdicere curaveri-
mus, sub excommunicationis vinculo in-
hibentes, ut infra ejusdem monasterij per-
tinentias crucibus terminatas nullus homi-
nem capere, invadere, seu bona sua auferre,
sive assultum facere, vel quamlibet of-
fensionem irrogare præsumat, & nonnulli
filii Belial, Dei timore posthabito, tempo-
re hoc, quo superabundat iniquitas, refri-
gescente caritate multorum, apostolica in-
hibitione contempta, contravenire præsu-
mant immunitatem hujusmodi sapientis in-
fringendo, sicut dilectorum filiorum Ab-
batis & conventus ejusdem loci nobis con-
questio patefecit, fraternitati vestra per
apostolica scripta mandamus atque præci-
pimus quatinus cum ab ejusdem monasterij
Abbate ac fratribus fueritis requisiti,
quilibet vestrum parochianos suos, quos
constiterit immunitatem prædictam teme-
rè infregisse, tamdiu faciat, nisi congrue-
satisfecerint, excommunicationis senten-
tia subjacere & tamquam excommunica-
tos ab omnibus arcib[isc]uis evitari donec satis-
factione de perpetratis excessibus exhibita
competenti, per eum beneficium absolu-
tionis obtineant, vel si forte delicti quan-
titas id exegerit, ad sedem accesserint apo-
stolicanam absolvendi. Datum Laterani xiv.
Kal. Decembr. pontificatus nostri anno
quartodecimo.

*In eundem modum scriptum est Lugdunen-
sis Archiepiscopo & suffraganets ejus.*

ARCHIEPISCOPO SENONENSI,
& Episcopo & dilecto filio Decano Trecensi.

SIcut dilectus filius nobilis vir Vrsio
Camerarius carissimi in Christo filij
nostris Philippi Francorum Regis illustris
transmissis nobis suis litteris indicavit, cum
à venerabili fratre nostro Aurelianensi E-
piscopo super duobus feodis quæ dicebat
ad se dictus Episcopus pertinere coram di-
lecto filio Decano Carnotensi & conjudi-
cibus suis auctoritate nostra traheretur in
causam, memoratus Episcopus proposuit
in ipsorum judicium praesentia contra ipsum
quod domum quandam eorum feodorum
alteri pertinentem idem Camerarius de-

B B b iij

De quibus omnibus tanto gravius sumus
moti quanto magis sœpedictum monaste-
rium majori amplectimur in Domino cari-
tate. Cūm igitur hæc noscantur in salutis
ejusdem Comitis dispendium redundare,
& ejus honori non congruat hoc tempore
tam nobile membrum sedis apostolicæ,
videlicet ipsum monasterium, persequi quo
nidem & alij catholici Principes in perfec-
tione quam Dei Ecclesia patitur à *tyran-
no, ipsi viriliter adesse deberent, sicut de-
 voti filii pia matris, nobilitatem ejus per
nostras litteras rogamus attentiū & mone-
mus & exhortamur in Domino, in remis-
sionem sibi peccaminum injungentes ut ob
ejus reverentiam & honorem qui dat hu-
milibus gratiam & superbis resistit, se in
conspicuū ejus humilians, præfatis Abbati
& conventu sic per se ipsum satisfaciat de
prædictis, ab ipsis & monasterij sui in-
debita molestatione quiescens, quod eis
de ipso nulla remaneat iusta materia con-
querendi, & divinam, quam in his offendit
graviter, majestatem valeat compla-
care, ac per hoc apostolica sedis mereatur
propensius gratiam & favorem. Ideoque
discretioni vestra per apostolica scripta
mandamus & districte præcipimus quatinus
nisi Rex præfatus, cui super hoc diri-
gimus scripta nostra, infra duos menses pa-
cificare & terminare sine firmatione duelli
ortas inter eundem Comitem & Abbatem
& monachos memoratos poterit quæstio-
nes, vos ex tunc, cognita veritate, ipsum
Comitem ad satisfaciendum eisdem de
dati damnis & irrogatis injuriis, & ab ipsis
rum molestatione indebita desistendum,
per excommunicationis sententiam in per-
sonam &, si necesse fuerit, interdicti in ter-
ram suam, sublati appellationis obstaculo,
compellere absque mora dispendio non
tardetis, commissione ista, quotiens opus
fuerit, usque ad triennij tempus usuri, ju-
risdictionem vestram ad alia maleficia, si
qua interim contraidem monasterium com-
misserit, extendendo; ita quod ea quæ sibi
à sede apostolica sunt indulta faciatis per
districcionem ecclesiasticam firmiter obser-
vari. Nonobstantibus literis, si quæ appa-
ruerint, barum tenore tacito, à sede apostolica
imperatae. Quod si non omnes &c.
duo vestrum ea sublati cujuslibet contra-
dictionis & appellationis obstaculo nihilominus
exequantur. Datum Laterani Idibus
Novemb. pontificatus nostri anno quar-
todecimo.

*Scriptum est super hoc nobili viro Comiti Ni-
vernensi. Scriptum est super hoc Regi Fran-
cum illuftri.*